



58d

E libris  
gymnasio Mauritano Magdeburgensi  
a venerabili  
**Carolo Funk**  
theol. doctore et gymnasii directore  
a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.



NUPTIIS AVSPICATISSIMIS  
 VIRI  
 PER QVAM REVERENDI AMPLISSIMI  
 DOCTISSIMI QVE  
**CONRADI GERHARDI  
 GROSHEIM**  
 ECCLESIARVM IN NOHRA ET WOLLERLEBEN  
 PASTORIS INTEGERRIMI

ET  
 NOBILISSIMAE LECTISSIMAE QVE VIRGINIS  
**ANNAE SABINAE  
 BRINCKMANN**

FILIAE DILECTAE  
 VIRI PLVRIMVM REVERENDI AMPLISSIMI  
 DOCTISSIMI QVE  
**M. GEORGII BASILII BRINCKMANN**

ILFELDENSIVM ECCLESIATAE BENE  
 MERENTISSIMI

FRIDIE IDVS MAII A. MD DCCXV ILFELDAE CELEBRATIS

ADCLAMAT  
 FELICITER  
 IO. HENR. STYSS.

AV



**E**rgo vnam, niueam, probam, venustam,  
 quae lufus **TIBI** mille, mille fructus,  
 quae det millia multa suauitatum,  
 tandem agnoscis **OVEM TIBI** deesse,  
 o follers, pie, peruigil, fidelis,  
 dilecti gregis o beate **PASTOR**  
**GROSHEIMI**, Aoniae nouem sorores  
 quem large tenero suarum ab vngue  
 pauerunt epulis amoenitatum;  
 cui fruge aetherea sacri Sionis  
 imbutum bene pectus, hanc abunde  
 In **CHRISTI** teneras oues refundit.  
**O PASTOR** pie, peruigil, fidelis,  
 qui, quamquam iuuenis, tamen tot annos  
 iam curas, saturas, tueris, ornas,  
 diuino auspicio, gregem paternum,  
 qui **TE** mirifice sibi experiuit  
**PASTOREM**, sequiturque amore summo:  
 ergo, **NUMINE** largiente, laetus  
 nunc iam percupida manu prendendis,  
 nec porro pateris **TIBI** deesse  
 vnam **OVEM** niueam, probam, venustam,  
 quae **TVA** capiat cibum patella,  
 quae potum capiat **TVO** culullo:  
 quae somnium capiat **TVO** cubili,  
 quae tractabilis, obsequi parata  
 mansueta, officiosa, blanda, dulcis,  
 ad vocem **TIBI**, sibilumque paruum,  
 quin ad nutum oculi serenioris  
 adfit, sollicitos leuans labores,  
 aerumnasque graues, molestiasque,  
 quibus haud cura potest gregis carere  
 magni, et cornigeros alentis hircos.  
 Nunc ergo, o bone, gaudio triumphas,  
 dum prendis propriam **TIBI** dicatam  
**OVEM** virgineam, piam, elegantem;  
 quae **TE** non fugiet tremente salu,  
 ceu dirum fugiunt oues latronem,  
 grassantem horrida subinde nocte:  
 intras quippe fores die patentes.

Nunc



Nunc ergo, o bone, iubilare fas est:  
tempus, et TVA fors, locusque suadent:  
nunc fas est TIBI multa gratulari,  
qui capis niueam, probam, venustam  
dilectam TIBI OUEM, fauente caelo;  
quae pastoris amet sinu teneri,  
mulcerique manu, ore basiare,  
haerere et lateri die atque nocte:  
agnos quae pariat TIBI venustos,  
quae bellas TIBI bella donet agnas:  
quam belle teneram TIBI educauit,  
et gaudet propriam dicare ritu  
sollemni pius ille, fidus ille,  
doctusque egregie, et probe disertus,  
maximis meritis suis bonorum  
omnium sibi promerens honorem,  
candorisque sui suauitate  
omnium sibi promerens amorem,  
BRINCKMANNVS, gregis ille PASTOR almus,  
quem sacra tegit ILEFELDA valle.

Pastorum DOMINVS gregumque summus,  
qui, quod terra sinu gerit patente,  
largo munere pascit omne viuum,  
TE, PASTOR pie, pernigil, fidelis,  
hanc et pascat OUEM TVAM bonorum  
ingenti cumulo, TIBIQUE eandem,  
TEQUE illi, et reliquo gregi vigentem  
seruet, fospiter, vltimam in senectam!  
PASTOREMQUE, TIBI paterna cuius  
cura emancipat hanc OUEM elegantem,  
TVAS delicias, TVOS amores,  
vos, precor, iubeat diu videre  
florentes, iubeat videre vestra  
musteo bene septa plena tandem  
agnorum grege delicatiorum!

Haec vouisse meis fat est phaleucis.  
Pastorum DOMINVS, gregumque summus  
votis largiter addat hisce pondus!

\*\*

## SONNET.

**W**as alte Testament gilt auch noch in dem Neuen:  
Vergeblich wendet hier das Papstthum vieles ein:  
Die Priester Ehe muß noch jetzt erlaubet seyn.  
Und wenn in ihrem Stamm die Kinder Levi freyen/  
So haben sie nicht leicht was niedrigeres zu scheuen:  
Dann gleich und gleich das kennt/ das liebt/ das  
paart sich fein.  
Wo fromme Tugend glänzt in ungesärbten  
Schein/  
Da gibt der Himmel selbst erfreuliches Gedenken.  
Herr Großheim ist demnach in seiner Wahl  
beglückt/  
Und bringt was grosses heim. Das Werk muß  
wohl gelingen;  
Indem zu ihm ins Haus/ zu Tisch und Bette rückt  
Die/ deren Name selbst den Mann befehlt zu brin-  
gen;  
Und die Ihm mit der Zeit der süßen Liebe Soll/  
(Der Höchste geb' es off!) ein Männlein bringen  
soll.

\*\*\*



78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.  
coll. nicht vergeben!



Sb.

1077

R.40








NVPTIIS AVSPICATISSIMIS  
 VIRI  
 PER QVAM REVERENDI AMPLISSIMI  
 DOCTISSIMI QVE  
**CONRADI GERHARDI  
 GROSHEIM**  
 ECCLESIARVM IN NOHRA ET WOLLERLEBEN  
 PASTORIS INTEGERRIMI

ET  
 MAE LECTISSIMAE QVE VIRGINIS  
**A E S A B I N A E**  
**BRINCKMANN**  
 FILIAE DILECTAE  
 PRIMVM REVERENDI AMPLISSIMI  
 DOCTISSIMI QVE  
**GII BASILII BRINCKMANN**  
 DENSIVM ECCLESIASTAE BENE  
 MERENTISSIMI  
 DVVS MAII A. CID DCCXV ILFELDAE CELEBRATIS  
 ADCLAMAT  
 FELICITER  
**IO. HENR. STVSS.**



AV

